

de celo quia se non reputat dignum  
 ibi ascendere sed magis in infernum  
 descendere per humilitatem. amictum  
 nube per rozidam pietatem. et  
 in capite id est in intentione habebat  
 yridem. id est omnimodam  
 scitatem pacis et concordie vni-  
 tatem. facies eius id est intellec-  
 tus debet luere ut sol per sapientie  
 claritatem. pedes eius. id est affectioes  
 dunt esse sic igitur per feruentissimam  
 caritatem. librum debet habere.  
 id est sacre scripture sagacitatem  
 Eze. xx. Ecce manus missa est  
 ad me in qua erat liber inuolutus  
 Iste debet habere pedem dextrum  
 id est timorem super mare id est super  
 amaritudinem mortis et inferni  
 per iugem considerationem. pedem si-  
 nistrum id est amorem et affecti-  
 oem debet habere super terram id est  
 considerationem mortis et inferni  
 ps. In mari vita tua dicit etiam  
 habere vocem sicut leo per rigoris  
 et auctoritatis assensionem. de-  
 bet etiam facere quod septem tonitrua  
 id est vniuersitas predicatorum  
 loquatur mundo per predicationem.  
 Et iste debet tradere librum iohan-  
 ni id est subditis et secularibus per  
 scripture doctrinam et expositionem  
 quam ipsi debent comedere  
 id est incorporare per auditum et de-  
 uotionem et in ventre memorie re-  
 tinere et iste per certo erit dulcis  
 eis sicut mel per consolationem et  
 eternorum promissionem. amarum etiam  
 facit ventrem eorum et mentem per  
 infernalium tormentorum considera-

408  
 tionem ut sic de subditis dicatur il-  
 lud Baruch in Hic est liber man-  
 datorum dei. Et ecci. xxxiij. Hec  
 omnia liber vite. Vel dic quod  
 est christus qui angelus testamenti  
 dicit Malach. iij. Hic venit de  
 celo per incarnationem amictus fuit  
 nube. id est purissima humanitate.  
 Coronatus fuit yride id est cele-  
 sti diuinitate. Pes eius dexter erat  
 deitas et ille apparuit super mare  
 quando ibi fidei pedibus ambula-  
 bat. Sinister autem est humanitas  
 et hic apparuit summe super terram  
 scilicet laborando et ambulando.  
 Baruch. iij. Postea in terra visus  
 est et cum hominibus conuersatus  
 est. Et iste clamauit sicut leo per  
 predicationem. Postea septem to-  
 nitrua id est vniuersitas predica-  
 torum incepit loqui et predicare. Iste  
 habet librum sacre scripture et ipsius  
 alijs per inspirationem porrigit et  
 reuelat etc.

**I**ohanni dato sibi cala-  
 mo mesure ad modum  
 virge dictum est Surge  
 inquit metire templum dei et altare  
 et oes adorantes in eo. Atrium autem  
 quod est foris non metiaris quia  
 datum est gentibus et sanctam ciui-  
 tatem calcabunt mensibus xliij.

Iste est christus in iudicio quia ibi  
 dabitur calamus mesure potesta-  
 tis iudicarie et rigoris iusticie et  
 equitatis mediantibus quibus ipse  
 mensurabit et iudicabit mensura signu-  
 loy et templum ecclesie altare religionis  
 adorantesque in eis. id est omnes fideles